

ex particula indicatur octava parte sui valoris & suæ perfectionis continet autem ex dictis tota perfectio 24. characterum grana 96.

Quærentur autem in his duo maxime valor massæ & consolatio monetæ de valore autem prius dicemus.

Dixit igitur quidam miscui m. 29. oñz. 7. d. 8. gra. 19. perfectionis charact. 19. gra.  $3\frac{1}{2}$ .

Et m. 56. oñz. 1. d. 19. gra. 22. perfectionis char. 17. gra.  $1\frac{3}{4}$ .

Volo scire quam perfectionem tota massa habebit & ponamus quod admixtum sit argentum, resolve primam & secundam massam in grana per viam multiplicationis & erit prima massa gra. 137875. secunda gra.  $18072359\frac{1}{2}$  duco vtramque summam in suam perfectionem in grana resolutam, erat prima perfectio gra.  $79\frac{1}{7}$  ducta in 137875. fiunt gra.  $10961062\frac{1}{2}$  deduco secundam in suam perfectionem quæ fuit gra.  $69\frac{1}{4}$  fiunt gra.  $18072359\frac{1}{2}$  iungo simul fiunt gra. 29033422. diuido per 96. & sunt grana totius perfectionis ex regula trium dicenda inferius, prodeunt grana puri auri in tota massa  $302431\frac{23}{48}$  & sunt m. 65. oñz. 5. d. 1. gra.  $7\frac{23}{48}$ : quam summam si ex tota dempseris summa quæ fuit m. 86. oñz. 1. d. 4. gra. 17. remanebunt argenti vel alterius metalli m. 20. oñz. 4. d. 3. gra.  $9\frac{25}{48}$ .

Si autem velles perfectionem separatæ, facile est, iunge vtramque & fiunt char. 37. gra.  $1\frac{1}{4}$  diuide per medium & habebis perfectionem massæ char. 18. gra.  $2\frac{1}{2}$  & hoc vbi mixtio foret equalis. Quod si velis perfectionem massæ mixtæ accipe grana massæ totius & sunt 396977. & grana puri auri totius massæ & fuerunt gra. 302431.  $\frac{23}{48}$  dic igitur per regulam si ex illis hæc quid ex 24. char. duc 24. in  $302431\frac{23}{48}$  & diuide per 396977. & exhibunt char. 18. gra.  $0\frac{11279}{396977}$  & hæc est perfectio huius totalis massæ.

Cognouisti igitur quantum continent puri, & non puri, & qualis consurgat perfectio miscendo totum cum toto, & qualis consurgat perfectio miscendo æqualiter de vtraque massa simul.

Et ex his posset fieri pretium faciliter à parte ad totum, & etiam hoc potest fieri per practicam facilius non tamen præcisus.

Cum verò vsus locorum fuerit in alio ponderum genere veluti librarum continentium oñz. 12. operaberis proportionaliter, doctrina enim libri huius generalis est & omnibus inseruit: modò vsus locorum his accommodare studeas quod exercitato in hoc opere facillimum est.

Et sunt in hoc regulæ consolationis monetarum, & est consolatio compositio metallorum ad certum valorem & bonitatem, augendo vel minuendo: & in argento communiter non vtuntur characteris, sed perfectione sumpta ex vnciiis, ita quod præsupponunt libram argenti fini continere oñz. 12. argenti puri, & quantum minus continet tantum deficit à supradicta bonitate & appellant hanc perfectionem: ligam.

Cum volueris scire mixtionem duarum

aut trium rationum argenti fac vt in exemplo superiore, accipiendo purum & partiendo per totam summam impuri, quod exit dicitur liga siue perfectio.

Cum volueris ex diuersis materiis 2 argenti facere sine additione æris puri, vel argenti, quantitatem datam sub certa perfectione, quæ non sit maior minore: nam sic impossibile, esset vt ex argento perfectionis oñz. 5. & 7. & 10. potes facere argentum perfectionis 9. aut 7. maius autem quam 10. aut minus 5. efficere non posses, sine alia additione: igitur vide superationem partium ad argentum quod quaris, & eam æqua in minore maius, in maiore minus, vt dictum est: vt in exemplo volo ex argento

5	7	10	9	
1	1	4		Vncia
			2	
1	1	6		
			8	

perfectionis 10. & 7. & 5. facere 100. libras argenti perfectionis 9. tunc subtrahe 9. à 10. remanent 1. suppone 1. omni minori 9. & fiet 1. sub 7. & sub 5. deinde subtrahò 5. & 7. ex 6. remanent 2. & 4. supponenda ad 10. & omni alio maiori 9. si esset: congrega partes fient oñz. 8. constantes, ex 6. vnciiis perfectionis 5. & alia perfectionis 7. tale igitur pondus 8. vnciarum est ad 9. ligas vt volo ego tamen non oñz. 8. sed libras 100. talis argenti volebam propterea dices si oñz. 8. dant libras 100. quid dabant oñz. 6. & 1. & 1. & Inuenies quòd ligæ 10. erunt libræ 75. ligæ 7. libræ  $12\frac{1}{2}$  & ligæ 5. libræ 5.  $12\frac{1}{2}$ .

Cum volueris & est quasi conuersum prioris ex diuersis datis quantitibus per additionem mixti reducere quantitatem totam non datam ad certam perfectionem, veluti argenti lib. 50. perfectionis

50	60
5	6
250	360
70	
7	50
490	60
	70
250	180
360	
490	
1100	
180	
6	

oñz. 5. & argenti lib. 60. perfectionis oñz. 6. & argenti lib. 70. perfectionis oñz. 7. addere tantum argenti perfectionis oñz. 1. quod reducam totam massam ad perfectionem oñz. 3. hæc componitur ex duabus primis regulis sine additione aliqua hoc modo, per primam regulam duc vnumquodque in suam perfectionem 5. in 50.